

Corpus tegitur testa obscure castanei coloris; ejusdem coloris est et cauda, nigris striis secundum longitudinem variegata, corpus inferius et exortus crurum et brachiorum interius caeruleuscunt, uti et oculi et barba; per totum corpus habet pilos ochrae coloris.

Concha quam inhabitat ferme quatuor digitos longa, turbinata coloris pallide subflavescentis.

Variae autem magnitudinis reperiuntur, plane parvulae, magnitudine minoris pruni, turbinatae et variis tuberculis acuminatis praeditae, pallidae, rufescentes, nigrae, ad littus prope fluvium Paraiba.

**GVARICVRV** Brasiliensibus, *Gammarus* vulgo *Camaraon*; qua-

tuor digitos longus: crura habet sex, tribus internodiis constantia, cum unguiculo in extremitate: anteriorius par crurum quasi furas habet, crassius reliquis et vicem brachiorum fungens; paulo plus duobus digitis longum, ultimum paulo plus uno, omnia aculeata seu spinosa.

**Cirrhos** prope os prodeentes habet sex; duos longissimos, nimirum tres digitos singulos, versus posteriora reflexos; duos unum digitum, et duos semidigitum: sub ore parva tenacula quatuor crassissima, et quatuor tenuiora, quibus cibum tenet. Oculi similes reliquis. Color totius fuscus. Cocti eduntur.

## HISTORIAE NATURALIS

### DE EXANGVIBVS AQVATICIS

#### LIBER III.

##### DE TESTACEIS.

#### TITVLVS I.

##### *De Testaceis in genere.*

*Horat. l. 2.  
saty.*

Nomen.

*Arist. H. A.  
l. 1. c. 6.*

**T**estacea quae vulgo dicuntur, ea alii *Testata*, Horatius *testas*, Cicero, *belluas* nativis testis adhaerentes, Palladius clausa maris animalia, Albertus *testudines*, plurimi *Conchas*, et *Conchilia* dixere. Graeci ὄστρακόδερμα, ac si diccas testaceae cutis animalia, ὄστρα, quod apud Philosophum invenies, ὄστρα, ut Athenaeus testatur, ὄστρανηρα, ὄστρακώδη καὶ πορφυρά, quod Strabo scribit, σπληνόδερμα, λιθόρέμα, quod Empedocli tribuitur, ὄστρακόρινα, ὄστρανα, ὄστρακόδερμας ἵχθυα, seu testaceos pisces, quod apud Suidam, ut illud apud Oppianum legimus, λιχάδας Hesychius et Varinus, κυματοφορίδας idem, appellavere.

**Partes corporis** si spectemus, omnibus testa intus laevis aequalisque habetur, Caro item quam Graece spondylum, latine callum dici Hermolaus author est, quam Lunae incremento augeri prodidere quidam. Terrenum illud, quod continet et conservat foris est, hoc calorem leviculum, quia sanguine carent, tanquam furnulus foyet et conservat, et testa dicitur. Non mutant eam, tum quod non moveantur, tum quod non siccantur. *Oculos* habere negat Aristoteles. Plinius mo- *Arist. H. A.*  
vere etiam, scribit. *Dentes* ipsis primo- *l. 1. c. 9.*  
res, et *carnosum* illud, quod proportio- *Plin. Epist.*  
natur ad fentiendum cibum, *caput* *136.*  
omnibus infra, plantarum modo. *Sto-*  
*machus* ori continuo jungitur, isque *pro-*